



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Adolescentis iam metum, iam pertinaciam, iam inconstantiam corrigit.
217. 218. 219

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

mè, dum Christi lauacro tingeretur, permanfit.

216 Ioannes deinde Paulus, IGNATII Socius, aliquādo vehementibus turbis angebatur, quas ob inanem peccati metum malus illi Dæmon conciuerat. Nullum misero ne respirandi quidem spatium suppetebat; & preces & corporis afflictationes nihil expedire: neque in sacrorum vsu quies inueniebatur. Eo accidit, vt sollicitus se ipse conficeret, & mortuo quàm viuo propior mæreret. Cōmunicauit eam ille rem cum IGNATIO: qui verbis non plus duobus otium menti omne reddidit, æstumque fluctuantium curarum sedauit.

217 Alius adhuc adolescens (quē, quod superstes est, nominare omitto) nescio quo metu perterritus, assiduè formidabat, & ad suammet ymbra de nihilo consterna-

sterna-

sternabatur. Sed is nimirum totidem IGNATII verbis omnem à se formidinē abegit. Idem hic alijs duabus in rebus nihilo minores IGNATII vires expertus est.

218 Olim enim quapiam in re obstinarat animū adolescens, se-
seq; cōsilijs eius planè aduersum ostēderat. Tum autem ad verbum vnū, quo contumacē I G N A T I V S compellarat, cœpit elata voce clamare, ac se in eius auctoritate futurum, promittere: quod aliter ob incredibilem animi sui motum, haud posset.

219 Rursum grauitè perturbatus, cœptamque religionem propemodum eiecturus, animum induxit, generali noxarum confessione se apud I G N A T I V M purgare. Quem ille monitum, ne DEO secundum tot beneficia ingratus viueret, illicò mutauit, itaque stabilijt, vt ad hunc diem,

nulla prioris mali cogitatione infesteretur.

Complura in hunc modum memorari mihi possent: vt de eo rectè Franciscus Borgia, magno iudicio ac religione vir, dixerit: LOQVEBATVR TANQVAM POTES-
 TATEM HABENS; quippe qui velut manu animos audientium verteret, pœneque pro arbitrio suo moueret. Quod quidem pluris esse meritò Bernardus cēsuit, cum Malachias antistes fæminam immodicè ferocem composuisset, atque cū à funere in viuos reduceret. Verùm nos ad alia eius admiranda, ab excessu præsertim patrata, atque his ipsis ferme annis gesta, quibus de IGNA-
 TIO consecrando laboratur: diuertamus.

220 Quo temporis momento IGNATIVS viuere desit, eo apud Margaritam Liliam fæminam Bononiæ